Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



340

Si sol sit tuus ds. quare non semper abiluce? Dic ad alterum quilunam
adoret. uel isti qui solem adorant, sol integer est! Tu lunam adoras, qua
crescente & decrescente tuus ds. & de nocte luce? quare non semper tibi luce?
& in mare quando mergis tu aluna & tua stellae quare te non liberant. & semper tibi
lucem darent? quare addit? Opera manum hominum; Argentum & aurum
dicentes fodiunt homines. & cogunt illud & colorant. & sic deuenit pulcherrimum
Ergo de eius manib: facis dm tuum quod adoras; Ista ad reuincendos ma los
dicta sunt; Oculos habent & non uidebunt. aures habent & non audiunt.
Nares habent & non odorabunt. Manus habent & non palpabunt.
pedes habent & non ambulabunt. Non clamabunt in gutture suo. Neque
enim est spiritus in ore ipsorum. Dicesilli; uel si bestiae adorassem. lice malae
erant. sed tamen uel oculos habent uel pedes; sed istud quod adoras. Nec
uidet nec audit; Quare addit? Non clamabunt in gutture suo. Quia bestiae
clamant uoce. sed confusus est clamor eorum; Non intellegit. Neq: potest
plitteris uel syllabis comprehendere. quomodo uocem hominis comprehendis;
Similes illis fiunt qui faciunt ea. & omnes qui confidunt in eis.
similis hoc est si oculos non emendat qui uidet illi aurum & illi imaginem sed & in
anima similis efficitur. Dum non emendat; Quia nec uidet nec intellegit
Nec discernit. Dum plus erroris credit. Ideo similis dicitur; & omnes qui
confidunt in eis; Non solum qui faciunt. sed & ea qui confidunt; Domus israel
speraut in dno. Domus israel duodecim trib: israel. & aaron & trib: leui ~~non speraut~~
~~in~~ Non speraut in tales ds mos tuos. sed in dno. Domus animarum
Domus uidentium dm in dno speraut. & aaron mons fortitudinis. id est qui
fortes & altisunt in merito. in dno speraut; Adiutor & protector eorum est. illi di
non prosunt. secundum hieremiae dictum; hominem non liberaut de bello.
regem non constituunt. sed iste illos defendit & protegit; secundum daniel
dictum; Ut eripiat est ds deorum. & ipse immutat tempora & amouet reges
& constituet; Domus aaron speraut in dno. Adiutor eorum & pro
tector eorum est. Qui timent dnm speraut in dno. Excepto ista
domo israel & aaron. Omnes qui illum timent & amant. protegit & illos
& defendit; Dns memor fuit nostri. & benedixit nos; Memor fuit.
quando liberauit filios israel & nos. quando quod promisit in pleuit opere.
Misit filium suum qui carnem suscepit. & nos liberauit. hoc dico dm memo
rare; & benedixit nos. hoc est omnem benedictionem spiritalem. Benedi
xit domui israel. benedix domui aaron. benedix omnes timentes dnm.